

572 *Halton Castle* (immediately to the south of the station of *Hunnum*), rep. a. 1868 in lowering the stable yard. Tabula lapidea alta ped. 1 dig. 8, lata ped. 1 dig. 6.

HARDALIO
NIS
COLLEGIVM
CONSER
B · M · P

Bruce *Newcastle journ.* d. 4 m. Febr. a. 1868, *Gentlemans magaz.* 5, 1868 p. 370, lapid. p. 52, 91. *Hardalio*, quod solet *ardalio* scribi et *ardelio* (ut apud *Martialem* 4, 78, 9 alias; v. *lexica*), hic nomen servi est.

[*Dis Manibus*] *Hardalionis collegium conser(vorum) b(ene) m(erenti) posuit*

573 Rep. prope *Halton Chesters*, servatur in *Matfen Hall*. Fragmenta duo, alta ped. 1 dig. 6, lata ped. 1 dig. 9¹/₂.

D M
AVRELIÆ
VICTOR i NA
AVREI vic TOR
P/ater
5 FI liae fecit

Hodgson 2, 3 p. 284 qui fragmentum partis dextrae non vidit; Bruce lapid. p. 51, 89.

574 The original stone, said to belong to this station (*Borcovicium*) is now at *Matfen* HODGS. Rep. prope *East Matfen vicum*, circiter m. p. 2 *Anglica a vallo versus septentriones*. Servatur in *Matfen Hall* BRUCE. In tabella ansata.

dis ma
NIBVS
VILBEDIVS IT
HERESPOSI

Hodgson 2, 3 p. 195; Bruce lapid. p. 51, 88 qui supplevit; lapis autem integer est. [*Dis Ma*]nibus. *Vilidedi*us. *Heres* posuit. *Vil(icus) Dedi*us Hodgs. *Heredis* nomen tacetur.

575 In the possession of one of the tenants of *Halton*.

VLIV
NCT)

Horsley p. 215 *Northumb.* 19 (inde *Warburton vallum* p. 49, 19; *Goughs Camden* 3 p. 510).

576 *Fallowfield Fell*, qui sunt colles ex lapide arenaceo a vallo versus meridiem siti, non procul; ab *S. Oswalds chapel*, unde lapides ad vallum aedificandum petebantur; ibi in rupe viva (*on the face of a low scar, near the centre of the sandstone ridge*) inscriptum est, ut observatum est primum a. 1813,

PETRA FLAVI CARANTINI

Hodgson *first report of the soc. of antiq. of Newcastle* (1814) p. 34 tab. 2 fig. E, *Archaeologia Aeliana* 1, 1822 p. 126 tab. 6 fig. E, *hist. of Northumberland* 2, 3 p. 285; Bruce *wall* p. 141, lapid. p. 56, 101.

Litterae Iohanni Hodgson visae sunt saeculi secundi ineuntis esse, Thomae Hodgson (in schedis apud Bruce) tertii potius ineuntis. Secundum formas imaginis apud Bruce non video cur Hodgsonis opinio non possit vera esse.

XLVI. CILVRNVM,

STATIO PER LINEAM VALLI SEXTA

(*Chesters*).

Accedunt *Chollerton, Hatheridge, Simonburn, Tower Teye*.

Prope *Chesters vicum* et sedem hodie iucundissimam gentis *Claytoniae* (antea usque ad a. 1796 *Erringtoniae*), quae *Gordoni East Chesters* erat, *Horsleio Walwick Chesters*, reliquiae quidem castrorum dudum observatae, sed nuper demum a Ioh. CLAYTON, antiquitatum Britannicarum fautore insigne, eruderatae sunt omni cum cura. Effossionibus ab eo institutis plene confirmatum est, quod antiquiores (cf. *Goughs Camden* 3 p. 492. 505) iam divinaverant, ut *Horsleius* (p. 144 usus potissimum titulo n. 590), scilicet castra ea fuisse *alae II Asturum*, cuius praefectum notitia collocat *Cilurni* (p. 114* 4; *Celunno Ravennas* 5, 31 p. 432, 16). Eius *alae* enim sunt tituli ibi reperti complures (n. 585. 586. 587. 589 et ut *Horsleius* coniecerat fortasse etiam n. 590). Legionis secundae Augustae praeterea bis mentio facta est (n. 584. 596), plurimique ibi prodierunt cohortium (n. 597—605) et centuriarum lapides (n. 606—615); sepulcrales duo tantum (n. 588. 616), inter quos est filiae tribuni cohortis I *Vangionum*, quae *Habitancii* in castris erat (cf. infra cap. LXI); item fragmenta varia operis tectonici anaglyphis ornata, signorum (inter quae est magnum deae *Matris* supra taurum stantis, ut videtur, Bruce *wall* p. 164, lapid. p. 76, 149) et patellarum. Prope stationem *Claytonis* opera pontis in *Tina* fluvio facti fundamenta detecta sunt, cuius vestigia a *Gordone* iam observata erant; opus splendidum et aevo *Hadriano* plane dignum (cf. Bruce *wall* p. 144 ss. et I. Clayton *archaeolog.*

journ. 19, 1862 p. 359 ss.), ad quod videtur pertinuisse titulus n. 586; in statione ipsa hypocaustum superest (Bruce p. 150 ss.), muri portaeque facile distinguuntur, extra stationem aedificiorum suburbanorum, item sepulcreti vestigia observata sunt. *Claytonis* cura tam in vestibulo aedium, in quibus habitat, quam in triclea horti lapides tam ibi quam in stationibus valli proximis reperti adservantur; quos ego a. 1866 hospitio eius liberali per dies complures exceptus conferre potui omnes, adiutus et eruditus ab ipso et a *Brucio* mecum ibi degente.

Auctores antiquiores titulos inde noverunt nullos; primus GIBSON unum edidit (n. 590); addidit non multos *Christ. HUNTER* (n. 599. 600. 603. 605. 607. 609. 612); per *HORSLEIUM* accesserunt quinque (n. 578. 590. 613. 615. 616 praeter tres iam ab *Huntero* editos); quattuor per *HUTCHINSONIS* editores (n. 589. 590. 598. 602) et per *BRANDIUM* unus (n. 597). E reliquis pauci debentur *C. R. SMITH* antiquario Londinensi, plurimi *HODGSONI* et *BRUCIO*, qui Iohanni *Clayton* in effossionibus instituendis adesse solet auctor atque interpres.

Verbo moneo male *Cilurno (Chesters)* tribui titulum *Devae (Chester)* repertum supra (n. 168) a *Surridge* (*notices* p. 13 cf. 14. 15).

Tituli prope *Chesters* in *Chollerton, Hatheridge, Simonburn, Tower Teye* reperti aut ad *Cilurnum* ipsum pertinent aut ad muri partes vicinas; unde cum *Cilurnensibus* coniunxi.